UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

12. De mißione Christi ad Pilatu[m]. Io. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

emerunt illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum. Conſidera præpoſteram iſtorum religionem, qui non verentur animas ſanguine Chriſti inficere, & verentur pretio ſanguinis inficere gazophilacium: ſimiles iis qui grauem Dei offenſam parui faciunt, res autem parui momenti, magni. 2. Conſidera Dominum noluiſſe pretium ſanguinis ſui in alium vſum verti, niſi charitatis, vt in ſepulturam peregrinorum. Ipſe enim eſt figulus, qui finxit mundum de nihilo, inquit B. Hieronymus. Ager eſt mundus. Sepultura, eſt pacata conſcientia, quam ſoli illi habent. qui peregrinos ſe agnoſcunt in terra, & conuerſationem habent in cœlis.

MEDITATIO XII.

De miſſione Chriſti ad Pilatum. Ioan. 18. Luc. 23.

MANE *facto adducunt* IESVM *à Caypha in prætorium: Iudæi non introierunt, ne contaminarentur* CONSIDERA DOMINVM qualibet hora aliquid pati. A veſpera vſque mane, tota nocte vexatus; & rurſus à mane vſque ad veſperã.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hora prima accuſatus, tertia damna
ſexta crucifixus, nona mortuus, ad ve
ram ſepultus, nec mirum quia nos quo
tempore nouis peccatis & imperfectio
bus eum offendimus. Conſidera, ſum
mane ad necem Domini feſtinari: in
nium enim diaboli eſt, præcipites ho
nes agere ad malum, ne cunctando
tentia mutetur. At contra conuenit
veloces eſſe ad bonum, quia *neſcit ta*
In c.1. *molimina*, inquit S. Ambroſ. *Spiritus ſ*
Luc. 2. *cti gratia.*
2. *Exiit ergo Pilatus foras, rogans quam*
cuſationem haberent, & reſponderunt
non eſſet hic malefactor, non tibi tradid
mus eum. Cōſidera Pilati humanitat
qui cum interpretari potuiſſet ſui con
ptum, ad quem, vt immundum ingredi
cuſarent, ceſſit tamen eorum ſuperſtitio
ni, melior nobis, qui contempti conte
ptum reddimus, & à punctis honorum no
diuelli nullis precibus patimur. 2. Conſi
dera Chriſtum, licet apud varios iudic
variè accuſetur, tamen ſe neque defen
re, nec accuſare, vt indicet ſe velle hab
malefactorē & reū, & tanquā reum ſubi
mortē; iniquitates enim noſtras ipſe por
tauit, ipſe vt verus peccator periculo mal
dictio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dictionis ſe expoſuit, vt nos hæredes face-
ret ſuę denedictionis. O charitas ineffa-
bilis.
Accuſarunt autem eum, dicentes. Hunc 3.
inuenimus ſubuertentem gentem noſtram,
& prohibentem tributa dari Cæſari, & di-
centem, ſe Chriſtum regem eſſe. Conſidera,
quousq; excæcarit Iudæos odium & inui-
dia, vt cum nihil haberent accuſatione di-
gnum in Chriſto, impudenter mentiantur
coram ſuo magiſtratu: ſciebant enim eum *Ioan. 6.*
& regnum fugiſſe, & obedientiam docuiſ- *Matth.*
ſe, & tributum ſoluiſſe, & ſoluendum do- *17.*
cuiſſe. 2. expende, an ſit ſubuertere gen-
tem, cæcos, claudos, leproſos, aliosque æ-
gros ſanare, dæmones expellere, mortuos
excitare, multa hominum millia in neceſ-
ſitate paſcere, meretrices & publicanos
conuertere, vitia arguere, & virtutes præ-
dicare, filios Iſrahel, ſicut gallina congre-
gat pullos ſuos, ad pacem & concordiam
conuocare, omnium ſe facere ſeruum, vt
omnes faciat regni cœleſtis hæredes? Hinc
diſce non mirari, ſi facta à te optime,
aliquando peſſime alii in-
terpretentur.

(∴)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN